

Alexander natione Campanus episcopus Ostiensis
(eligitur. Ric in
eodem anno) primario sue electionis privavit Manfre-
dum omni honore et dignitate, quia rebellaverat et se re-
ceptaverat in Nuceriam cum Saracenis. // Hic fuit beneficus,
gratiosus et pius, pauperibus, Prebicatoribus et Minoribus
benigne fecit et privilegiis eos dotavit. // Libellum Ju-
lidem de Sancto Amore dogmaticantem, quod pauperes
religiosi vivendo de elemosynis et predicando verbum de-
non sunt in statu salutis, in ^{conventu} conburi fecit, 4. 161
autem dampnavit ^a curis suis regnaribus. ~~1284~~ 1284
MCCCLIII^o. Manfredus, simulata morte Conradus, consummato
planctu, post paucos vicarie sue annos, ac assumptis
quibusdam baronibus, dyadema regni sibi imposuit et
salutari ut rex iubet anno ¹²⁸⁴ XI. Excommunicatus autem
a papa et mandatus, ut nullus fidelium eum regem
vocet; qui etiam exercitum contra eum misit, et nihil
profectu. // Conradus autem, cognita Manfredi militia,
per volentes nuncios misit litteras iuguratum cum
sigillis pendentibus pape et cardinalibus in testimonium
vite sue. // Superiorum quoque papa innovavit sententiam.
Sed ipse cum sua industria et liberalitate amicos sibi
accumulavit, partem patris in Tuscia et Lombardia possit.
Gibellina Tamen pars de Florentia pellitur. // Tunc est
in curia unus cardinalis de dyocesi Florentina nomine
Octavianus, cui impositum est, quod haudcum commiserit
in exercitum contra Manfredum, et in curia ^{MCCLV^o} multum
habitus est suspectus. // ~~1284~~ Tridentini recesserunt a
domino Ecclesie. // In Lombardia vero duo erant tyranni
multum faventes Manfredo Pelavicinus et Colonus;
contra quos missus est legatus in favorem amicorum
ecclesie in dicta provincia, et fuit dominus Philippus
archiepiscopus Ravennas, homo strenuus, qui congregans
contra eos exercitum, captus fuit in bello ab Ecclesio,
qui iam ab Innocentio tamquam heretico ^{fuera} exco-
municatus; regne Manfredus excommunicatus in tota
Italia, pro omni quoque favore nobiles, quos suspectos
habuit, de regno expulsi, alios substituit. // ~~1284~~ 1284. Ste-
phano imperatore dixerunt. Una pars deiecit regem. A-
stelle Alfonso, alia Riccardum caritum Cornubi, tra-
hem regis Anglie. Hic intrauit Alansam - erat enim

Int. A. p. 11.

ad clivum.

1284 p. 11.

1284 p. 11.

1284 p. 11.

exercitus c.

1284 p. 11.